This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

878
P98
M6

B 1,367,099

PUBLILII SYRI

MIMI

SENTENTIAE

RECENSUIT

GUILELMUS MEYER

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
P98
M6

Publilius Syrus

PUBLILII SYRI

MIMI

SENTENTIAE

RECENSUIT

GULIELMUS MEYER

SPIRENSIS

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Ref. - St.
Harr.
12-4-30
22532

GUILELMO CHRIST

SACRUM

0/2 - 3-30 Murby

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Ref. - St.
Harr.
12-4-30
22532

GUILELMO CHRIST

SACRUM

©12-3-30 Dupy

Testimonia de Publilio Syro.

Cicero, *in epistola ad Cornificium sub finem anni u. c.* 708 *data* (12, 18, 2 *ed. Wesenberg*): Equidem sic iam obdurui, ut ludis Caesaris nostri animo aequissimo uiderem T. Plancum, audirem Laberii et Publilii*) (*codex* Publii) poemata. nihil mihi tam deesse scito quam quicum haec familiariter docteque rideam.

Idem in epistola ad Atticum a. d. VI. *Idus Apriles a. u. c.* 710 *data* (14, 2): Duas a te accepi epistolas heri. ex priore theatrum Publiliumque cognoui: bona signa consentientis multitudinis; plausus uero L. Cassio datus etiam facetus mihi quidem uisus est. *In fine epistolae* 14, 3: Tu si quid *πραγματικὸν* habes, scribes; sin minus, populi *ἐπισημασίαν* et mimorum dicta perscribito.

Seneca, *Controuersiae* VII, 2, 14 (p. 202, 21 *Bursian*) Et Murredius non est passus hanc controuersiam transire sine aliqua stuporis sui nota. descripsit enim ferentem caput et manum Ciceronis Popillium et Publilianum (*non sententiam Publilii, sed similem genere dicendi,* cf. VII, 3, 8) dedit: Popilli, quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum eius?

VII, 3, 8 (p. 205, 29) Murredius pro cetero suo stupore dixit medicamentum se parasse ad somnum, quia adsiduae sollicitudines uigiliarum sibi [fecerint] consuetudinem. usus colore est et Publilianam sententiam dedit: abdicationes, inquit, suas ueneno diluit; et iterum: mortem, inquit, meam effudit. Memini nos, cum loqueremur (memini Oscum, cum loqueretur *Kiessling*) de hoc genere sententiarum, quo infecta iam erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de Publilio, quasi ille iam hanc insaniam introduxisset. Cassius Seuerus, summus Publili amator, aiebat non illius hoc uitium esse, set eorum, qui illum ex parte qua transire deberent, imitarentur, [non imitarentur] quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum tragicumque aut Romanum aut Graecum; ut illum uersum quo aiebat unum uersum

*) Nomen '*Publilii*', non '*Publii*' post Silligium (ad Plin. hist. nat. 35 § 199) probauit Woelfflin Philolog. 22 (1865) p. 439 et p. 3. 4 editionis.

inueniri non posse meliorem: 'Tam dest auaro quod habet quam quod non habet', et illum de eadem re dictum 'Desunt luxuriae multa, auaritiae omnia', ut illos uersus qui huic quoque ter abdicato possent conuenire 'O uita misero longa, felici breuis' et plurimos deinceps uersus referebat Publili disertissimos. deinde auctorem huius uiti quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur aiebat Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad uirtutem transtulisset (transtulissent *ed. Kiessling*). nam ut transeam innumerabilia quae Cicero in orationibus aut in sermone dixit et nota ut non referam a Laberio dicta, cum mimi eius quidquid modo tolerabile habent tale habeant *.. Ab his huius studii diffusa est in plures imitatio.

Controu. VII, 4, 8 (p. 211, 24 *Burs.*) In hac controuersia Publilianam (Publianam *codd.*) sententiam dedit Festus quidam rhetor .. Fuit autem Festi sententia: captus est, inquit pater. si te capti mouent, et haec capta est. et quasi non intellexissemus ait: an nescitis dici 'captos luminibus'?

Seneca *Epist. moral.* 8, 8. 9: Quantum disertissimorum uersuum inter mimos iacet! quam multa Publilii (Publii *cod.*) non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt! unum uersum eius, qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem, quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro habenda: (A 1) 'Alienum est omne, quicquid optando euenit'.

(*Epistola* 94, 28 Numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus? I 21 'Iniuriarum remedium est obliuio'. Audentes fortuna iuuat. *etc.* — 94, 43 Quis negauerit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam imperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis: Nihil nimis. Auarus animus nullo satiatur lucro. (A 2) Ab alio exspectes, alteri quod feceris.)

Epistola 108, 8. 9: Non uides quemadmodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt, quae publice adgnoscimus et consensu uera esse testamur? (I 7) 'Desunt inopiae multa, auaritiae omnia'. (I 5) 'In nullum auarus bonus est, in se pessimus'. ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiis suis fieri conuicium gaudet. .. § 11 magis feriuntur animi, cum carmina eiusmodi dicta sunt: (I 56) 'Is minimo eget mortalis qui minimum cupit.' 'Quod uult, habet, qui uelle, quod satis est, potest.'

Seneca, *Dialogus de tranquillitate animi* 11, 8: Numquam me in bona (sententia) mali pudebit auctoris. Publilius, tragicis comicisque uehementior ingeniis, quotiens mimicas ineptias et uerba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario fortiora, et hoc ait: (C 34) 'Cuiuis potest accidere quod cuiquam potest'. — *Dialogus ad Marciam de*

consolatione 9, 5 Egregium uersum et dignum, qui non e pulpito exiret: Cuiuis potest accidere quod cuiquam potest!

Suetonii (*Reliquiae ed. Reifferscheid* 1860 *p.* 40) = Hieronymi *Chron. Olymp.* 184, 2: Publilius (Publius *codd.*) mimographus natione Syrus Romae scenam tenet (a. 711).

Plinii Secundi *hist. natur.* 8, 77 (209 *de sue*) Neque alio ex animali numerosior materia ganeae. quinquaginta prope sapores, cum ceteris singuli. hinc censoriarum legum paginae interdictaque cenis abdomina, glandia, testiculi, uuluae, sincipita uerrina, ut tamen Publilii mimorum poetae cena, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam uocabulo suminis ab eo inposito.

35, 58 (199) Alia creta argentaria appellatur nitorem argento reddens. est et uilissima, qua circum praeducere ad uictoriae notam pedesque uenalium trans maria aduectorum denotare instituerunt maiores talemque Publilium Antiochium (lochium *codd.*) mimicae scaenae conditorem et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochum, item grammaticae Staberium Erotem eadem naue aduectos uidere proaui. sed quid hos referat aliquis literarum honore commendatos?

Gellii *Noctium Atticarum libri* 8 *capitis* 15 *amissi summarium*: Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta: atque inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberii. *Quae perierunt in libro Gellii, seruauit Macrobius.*

Gellius 17, 14 *Sententiae ex* Publilii *mimis selectae lepidiores.* Publilius mimos scriptitauit dignusque habitus est, qui suppar Laberio iudicaretur. C. autem Caesarem ita Laberii maledicentia et arrogantia offendebat, ut acceptiores et probatiores sibi esse Publilii quam Laberii mimos praedicaret. huius Publilii sententiae feruntur pleraeque lepidae et ad communem sermonum usum commendatissimae. ex quibus sunt istae singulis uersibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere: *sequuntur uersus* M 54. B 12. F 11. C 46. C 17. F 28. H 19. F 13. I 63. 16. V 16. N 7. 40. P 20.

Macrobius Saturnaliorum II, 7, 1 Sed quia .. Laberii fecimus mentionem, si aliqua huius atque Publilii dicta referemus, uidebimur et adhibendi conuiuio mimos uitasse lasciuiam et tamen celebritatem, quam cum adsunt illi excitare pollicentur, imitari. (§ 2) Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit ut prodiret in scaenam et ipse ageret mimos quos scriptitabat. sed potestas non solum si inuitet sed etiam si supplicet cogit, unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his uersibus ... (§ 4) in ipsa quoque actione subinde se, qua poterat, ulciscebatur inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique similis exclamabat 'porro Quirites

libertatem perdimus' et paulo post adiecit 'necesse est multos timeat quem multi timent', (§ 5) quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes impotentiam eius hac dicacitate lapidatam. ob haec in Publilium uertit fauorem. (§ 6) is Publilius natione Syrus cum puer ad patronum domini esset adductus, promeruit eum non minus salibus et ingenio quam forma. nam forte cum ille seruum suum hydropicum iacentem in area uidisset increpuissetque quid in sole faceret respondit 'aquam calefacit'. ioculari deinde super cena exorta quaestione quodnam esset molestum otium aliud alio opinante ille 'podagrici pedes' dixit. (§ 7) Ob haec et alia manumissus et maiore cura eruditus, cum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos, omnes qui tunc scripta et operas suas in scaenam locauerant prouocauit ut singuli secum posita in uicem materia pro tempore contenderent. nec ullo recusante superauit omnes, in quis et Laberium. (§ 8) unde Caesar adridens hoc modo pronuntiauit 'fauente tibi me uictus es, Laberi, a Syro' statimque Publilio palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. tunc Publilius ad Laberium recedentem ait 'quicum contendisti scriptor, hunc spectator subleua..'. (§ 10) Publilii autem sententiae feruntur lepidae et ad communem usum adcommodatissimae, ex quibus has fere memini singulis uersibus circumscriptas B 12. F 11. C 46. 17. F 28. H 19. F 13. I 63. N 40. P 20. I 16. V 16. N 7.

Hieronymus *epist. ad Laetam* 107 (I 679 Vall.): Legi quondam in scholis puer (A 52) 'aegre reprendas quod sinas consuescere'.

Cum cetera fragmenta a Ribbeckio (*Comic. fragm.* 2. *ed. p.* 303—305) *ex* Prisciano, *ex* Nonio, *ex* Isidoro *allata num Publilii Syri sint incertum est, tum illa quae* Petronius *affert* (§ 55 'rogo, inquit, magister, quid putas inter Ciceronem et Publilium interesse? ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. quid enim his melius dici potest: Luxuriae rictu Martis marcent moenia' *et qui sequuntur* 15 *uersus*) *differunt a simplici et puro genere dicendi, quod in sententiis est.*

De collectionibus sententiarum Publilianarum.

Gellius Noct. Attic. 17, 14 = Macrobius Saturn. 2, 7, 10: 'Publilii sententiae feruntur pleraeque (*om. Macrob.*) lepidae et ad communem sermonum (*om. Macrob.*) usum commendatissimae (adcommodatissimae *Macr.*): ex quibus sunt istae singulis uersibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere' ('ex quibus has fere memini singulis uersibus circumscriptas' *Macr.*): M 54. B 12. F 11. C 46. 17. F 28. H 19. F 13. I 63. 16. V 16. N 7. 40. P 20. In Macrobii libris deest M 54 et transpositi sunt uersus I 63. N 40. P 20. I 16. V 16. N 7.

O Collectio Veronensis.

Codex Capituli Veronensis 168 (155) membr. in 4°. anno 1329 scriptus, 27 foliorum (*O*): continet 'Flores moralium autoritatum'; qua in collectione sententiis alibi obuiis admixti sunt cum loci epistolae Ciceronis ad Brutum et Catulli paulo ante Veronae reperti (confer Detlefsen in annalibus Jahnii 1863 p. 552) tum Publilii hi 60 uersus sub his titulis: Publius F 32 — Publius E 4 — Ex sententiis Publii F 14 — Publius N 2. O 15 — Publius T 6 — Ex sententiis Publii D 11 — Publius D 17 — Publius Syrus P 43. 53. S 7. 12. T 4. Q 72 — Publius M 70 — Publius E 22 — Ex sententiis Publii V 32 — Ex sententiis Publii A 52 — Publius P 40. Q 73. C 2 — Publius C 31. D 22 — Publius mimus M 54. C 25. H 27 — Publius S 42. Q 49 — Publius I 55 — Publius I 21 — De sententiis Publii E 10. V 16. I 50. M 2 — V 10 — Publius V 30 — Publius V 33 — Ex sententiis Publii T 7. F 9 — Publius G 1. H

7. I 28. S 31 — Publius E 21 — Publius E 18. P 54 — Publius M 71. C 45. P 55. S 22 — Publius V 34 — Publius A 2. L 12 — Ex sententiis Publii O 6. R 11 — Plubius N 40 — Publius S 49 — Ex sententiis Publii F 33 — Publius Syrus V 8 — Ex sententiis Publii A 53. — Quorum uersuum 44 in aliis collectionibus recurrunt, 16 hac sola traditi sunt. Hos 16 uersus primus edere mihi uisus sum, sed iam Scipionem Maffei in 'Trattato de' teatri antichi e moderni Veronae a. 1754 p. 119' duodecim — non sine erroribus — edidisse Gustauus Loewe amicissimus me docuit.

Itaque uerisimile est collectionem amplissimam, ex qua hi 60 uersus excerpti sunt, uersus secundum ordinem literarum dispositos exhibuisse (cf. P 43. 53. S 7. 12. T 4. — G 1. H 7. I 28. S 31), tum prae se tulisse titulum PUBLILII SYRI MIMI SENTENTIAE, uerba denique poetae satis emendate tradidisse. Talem codicem non potui inuestigare; quisquis inueniet optime de Publilio restituendo merebitur.

De codice Veronensi disputaui et uersus excerptos edidi in 'Sammlungen' pag. 3. 48—52. 61—66. Lectionibus codicis apposui numeros folii et columnae.

Σ Collectio quam uocaui Senecae.

Collectio, cui inscriptum esse solet Senecae sententiae uel Senecae prouerbia, nonnullis antiquis et multis recentibus codicibus et editionibus saec. XV. et XVI. tradita, continet 265 uersus incipientes a literis A ... N; (159 uersus sola seruauit); his uersibus 149 sententiae pedestri oratione scriptae incipientes a literis N ... Z subiunctae sunt. Omnes codices apparet fluxisse ex illo, in quo mutila collectio uersuum prosaicis sententiis sumptis ex libello de moribus (cf. Woelfflini ed. Publ. p. 136 et programma 'L. Ann. Senecae Monita', Erlang. a. 1878) suppleta erat. Hoc exemplar iam multis locis deprauatum fuisse docent multi errores omnibus codicibus collectionis *Σ* communes.

Ut codices *antiqui* P^a. P^b. *R. B. A* saepe rectas lectiones exhibent, ubi recentiores falsas, ita multi uersus, qui non nisi in *recentioribus* codicibus aut omnibus aut nonnullis emendate

leguntur, hos codices docent non recte uulgo contemni atque non ex *PRBA*, sed ex alio codice antiquo aliquotiens emendatiore fluxisse. Eminent lectiones aliquot codicis Parisiensis 8049 (*C*) et nonnullae similium codicum Monacensium 484 (*S*) et 23474 (*Z*). Eae partes collectionis Ψ (in codicibus *FV*), quae ex collectione Σ descriptae sunt, ex codice recentioribus simili fluxerunt; tres enim uersus I 15. 34. L 9, qui in collectione Ψ emendatius quam in omnibus codicibus collectionis Σ leguntur, ab eo, qui collectionem Ψ composuit, ex collectione Π correctos esse, cum alia tum uerba 'quod uidet' I 34 non suo loco inserta probant.

Ut id quod ualde optes codicum recentiorum fons antiquus facilius possit inuestigari, aliquot Monacensium et Vindobonensium codicum recentiorum lectiones subscribo.*) Quo fonte inuestigato lectiones codicum *FVCSZ* omitti poterunt.

---

*) Lectiones codicum Vindobonensium I. Huemer Vindobonensis summa humanitate et liberalitate mecum communicauit. A 18 elabi *C* (*H*): sed elabi *ceteri* B 7 (50) Bis emori est *Bamberg. Monac.* 3523. 5415. 9809. *Vindob.* 56. 901. 3134. *Bentl. ex codd.*, bis enim mori est *PRAFS. Monac.* 4789. *Vind.* 4287, b. enim est m. *Inc.*, b. mori est *VCZ. Vind.* 2205 B 12 (55) accepit *Gellius Macrob. Bamb. Mon.* 3523. *Vind.* 56. 3134. 4287. *Inc.*: accipit *PRAFV Mon.* 4789. 5415. 9809. *Vind.* 901. 2205 C 2 (86) Crudelis est in re aduersa *S* (*OM TH*): cr. et in r. adu. *Vind.* 2205, cr. in re adu. est *C Erasm.*, est *om. cett.* C 5 (89) aeger facit: facit aeger *RCS Vind.* 4287. *Inc.*, facit *PBAFV etc.* D 2 (123) Damnare est obi. *C. Mon.* 5415. 9809. *Vind.* 56. 3134. 3150. *Inc.*: est *om. cett.* D 10 (132) Deliberandum est diu quidq. *SZ Vind.* 901. 4287. *Inc.* D 7 (129) quo *FCSZ Bamb. Inc. etc.*: quod *PRBA* E 12 (158) patitur *CS. Fabricii codex*: pati est *cett.* F 16 in animam *S* (*recte?*): unanima *cett.* abiit *CS Vind.* 3134. 4287. *Inc.*: abit *F Bamb. Mon.* 3523. *Vind.* 901, habet *PRBA. Mon.* 5415. 9809. *Vind.* 56. 3150 H 7 (209) non possis queri (*O*) *B m.* 2. *Z Vind.* 2205. *Inc.*, n. possit qu. *Mon.* 4789. *Vind.* 4287, n. possit conqueri *Mon.* 9809. 5415. *Vind.* 56. 3150, non conpossit qu. *PRA*, nequeas queri *CS*, non possit credi *Bamb. Mon.* 3523. *Vind.* 901 H 17 (219) seruit (*H*) *CS Vind.* 901. 4287. *Inc.*: seruiet *PRBAF cett.* H 19 (221) Heredis fletus *Gellius Macrob. C. par. Bamb. S.*: heredis fictus *Mon.* 3523. 5415. 9809. *Vind.* 56. 901. 3134. 3150, heres fictus *PRBAF Vind.* 4287. *Inc.* I 9 (238) Inuitat (*HT*) *C Erasm.*: in se uitat *PRBAF cett.* I 16 (245) hunc inimicum putes *Gellius Macrob. Z Mon.* 5415 (nunc 3523 *Bamb.*). *Vind.*

$P^a + P^b = P$

P^a cod. lat. Paris. 2676 saec. X/XI. fol. 127 INCIPIUNT SENTENTIAE SENECAE PHYLOSOPHI; ipse contuli. Codex simillimus est sequenti.

P^b cod. lat. Paris. 7641 saec. X. fol. 81 b INCIPIUNT SENTENTIAE SENECE XLVI. Ex alio optimo codice lectiones adscriptae sunt ad C 7. D 4. M 28. Ipse contuli.

R codex Rheinaugiensis no. 95, Turici (Cantonsbibliothek) conseruatus saec. X. p. 91 ANNEI SENECAE PROVERBIA. Ipse contuli.

B codex Basiliensis, olim K. III. 34, nunc A. N. IV. 11, saec. X, sine inscriptione, in fine lacer; (L 5 ultimus uersus est); edidit Orelli in 'Phaedri fabulae nouae XXII' Turici 1832 p. 37—48.

A codex Vindobonensis 969 saec. X. fol. 62 ANNEI SENECAE PROUERBIA. Etiam huius codicis lectiones I. Huemer egregia liberalitate exscripsit.

E codex Paris. 6085 saec. X. fol. 94, sine inscriptione exhibet uersus excerptos; ipse contuli, sed lectiones et huius et sequentis codicis, cum nihil noui afferant, omisi.

Vat. codex Vaticanus lat. 1783 saec. XI. fol. 139 b, 'ANNII SENECE PROUERBIA INCIPIVNT'; exhibet uersus excerptos; ipse contuli, sed lectiones non adscripsi.

De codicibus *F*, Monacensi 6292 saec. XI. fol. 143, et *V*, Vindobonensi 299 (368) saec. XII. fol. 91, confer ea, quae de collectione Ψ exponam.

C codex Paris. 8049 saec. XIV. fol. 30—45 continet collectionem sententiarum, cui sine titulis uersus Publiliani immixti sunt. Ipse contuli; cf. 'Sammlungen' p. 9. 55—57.

S codex Monacensis 484, olim 'liber doctoris Hartmanni Schedel de Nuremberga', chart. saec. XV. fol. 1 'Prouerbia uenerabilis Senece'. Hic codex ad similem fontem ad quem codex *C* referendus est; cf. ordinem uersuum sub litera *B*. Contuli ipse.

---

56. 3134. 3150 (*F*): hunc *om. S Vind.* 901. 2205. 4287, hunc non in. p. *PRBA* M 4 (312) mala *C Erasm.*: mali *cett.* M (6) 314 est tacere *CSZ Erasm.*: est a rege *Inc.*, est agere *PRA cett.* N 4 (380) perit ruina α *Erasm.*: ruina perit *CS*, r. perit uir *uel* r. peritur *cett.*

Z cod. Monac. 23474 membr. saec. XIV. fol. 1. 2 'Prouerbia Senece'. Codices *C. S. Z* uersus excerptos continent.

Ottoh in Libro prouerbiorum a. 1062—1066 Fuldae composito (codex monac. 14490 autographus est; ed. Pez thesaur. anecdot. 3, 2 p. 485; Migne Curs. patrol. tom. 90 p. 1089) inseruit pauca 'Senecae prouerbia' A 23. T 3. A 32. B. 27. 1. E 4. G 4. I 14. 6. 7. 24. L 6. M 9. 31. N. 2. 7.

De collectione Σ disputaui in 'Sammlungen' p. 4. 7—12. (17. 18. 26. 27. 34. 40. 55—57); codicibus *A. S. Z* antehac non sum usus.

Π Collectio quam uocaui Palatinam

excerpta est ex eadem ampliore collectione ex qua Σ, cum uersus utrique collectioni communes eodem ordine positi sint. Integrum exemplar collectionis Π, quae plus quam 450 uersus (quorum 325 sola seruauerat) secundum primam literam ordinatos continuit, non superest.

Fragmentum, exhibens integros ordines uersuum a literis A ... I incipientium, seruatum est in codice olim Heidelbergensi (*H*), quem iam Gruterus inspexerat, ego Romae inueni. Integri ordines O .. V et maior pars ordinis N in collectionem Ψ transcripti sunt; in eadem transcripti leguntur ordinum A .. M et ordinis N ineuntis ei uersus, qui in collectione Π exstabant, in Σ non exstant. Itaque seruati sunt integri ordines A .. I, O .. V et posterior pars ordinis N, tum uersus in ordinibus L et M et in ineunte ordine N collectioni Π proprii; ignoramus tantummodo qui uersus in ordinibus L et M et N collectionibus Π et Σ communes fuerint et quomodo cum uersibus collectioni Π propriis fuerint coniuncti.

Cum uersus A 2 Seneca Saluianus collectiones ΣΟΦ lectionem 'Ab alio expectes' praebeant, at codex *H* et inscriptio (Gruter 928, 9) 'Ab alio speres', uerisimile fit, antequam inscriptio illa insculperetur, collectionem Π ex communi fonte collectionum Π et Σ excerptam fuisse.

H codex olim Heidelbergensis (S. Nazarii), nunc Palatino-Vaticanus latin. no. 239 in 2^0. min. saec. X—XI. 21 folio-

rum, fol. 3^b sine inscriptione exhibet fragmentum collectionis Π, quod edidi in 'Sammlungen' p. 57—61. Verba poetae hoc codice non male tradita sunt; at in ordine H uersus 'homo malus cum se simulat bonum tunc est pessimus' fictus est ex uero 'Malus bonum ubi se simulat tunc est pessimus'; item in codicem H intrusa est sententia 'Gemitus dolorem magis significat quem uindicat', quae cum non suppleta sit in collectione Ψ, uidetur non fuisse in ipsa collectione Π et omnino delenda esse.

De collectione Π, cuius integrum exemplar ut inueniatur ualde optandum est, et de codice H disputaui in 'Sammlungen' p. 4. 5. 15—31. 57.

Ψ Collectio quam Frisingensem uocaui

cuius imaginem Woelfflinus typis expressit, ex collectionibus Π et Σ hoc modo commixta est: Quidam, cui utriusque collectionis Σ et Π exemplum ad manus erat, singulos ordines collectionis Σ describebat descriptosque cum collectione Π conferebat et, quae noua in Π reperiebat, in fine singulorum ordinum collectionis Σ addebat. Itaque in ordinibus A . . M collectionis Ψ praecedunt uersus collectionis Σ omnes, sequuntur uersus, qui sunt in Π, non sunt in Σ; in ordine N praecedunt 10 uersus et sententiae pedestres collectionis Σ, sequuntur uersus fere omnes collectionis Π; in ordinibus O . . V (Z) praecedunt sententiae prosaicae collectionis Σ, sequuntur integri uersuum ordines collectionis Π.

Ita collectio Ψ complectitur 649 uersus (265 collectionis Σ et 384 collectionis Π) et 149 sententias prosaicas collectionis Σ. Versus 308 sola collectione Ψ seruati sunt.

Qui collectionem Ψ composuit, deteriore codice collectionis Σ, meliore collectionis Π usus est, nonnullos uersus erroribus aut interpolationibus deprauauit, uersus I 15. 34. L 9 collectionis Σ ex codice collectionis Π uidetur correxisse.

Collectio Ψ integra seruata est in codice F, initium in codice V, excerpta in uariis codicibus.

F codex olim Frisingensis, nunc Monacensis latin. 6292

saec. XI. fol. 143, quo primus usus est editor Ingolstadiensis (Jacobus Gretser?) a. 1600, deinde Gruter et Woelfflin. Contuli ipse.

V codex Vindobonensis 299 (olim 368) saec. XII. fol. 91, deficit in uersu C 36. Fragmentum typis descripsit C. Schenkl, Sitzungsber. der Wiener Akad. 1864 Oct.

Excerpta habent:

ψ codex lat. Monac. 17210 (Scheftlarn 210) membr. 4°. saec. XIII. fol. 70, 4 — 73, 4. 'Item sententie Senece'. Versus secundum alphabetum dispositi sunt. Praeter 34 uersus ex *Σ* haustos continet 123 ex *Π* haustos, quorum (123) lectiones discrepantes exscripsi.

Bart. Fratris Bartholomaei da San Concordio libro 'Ammaestramenti degli Antichi' addita est in appendice (Giunta) uersio Itala collectionis *ψ*, paucis locis discrepans.

π codex Vaticanus Reginae lat. 1896 in 2°. saec. XIII. (Petauii), fol. 122 continet sine titulo fragmentum collectionis ex Ψ excerptae, quod 56 uersus ordinum P . . V secundum primam literam dispositos exhibet. Cum et in *ψ* et in *π* nonnullis ordinibus post uersus iterum sententiae prosaicae eaedem additae sint, utraque excerpta ex eodem fonte fluxisse apparet. Omnes lectiones adposui.

α Albertanus Brixiensis causidicus libris a. 1235—1250 scriptis (Consolationis et consilii: ed. Hauniae 1873; de doctrina dicendi et tacendi, de amore et dilectione dei et proximi, sermones: cod. lat. monac. 14230) sub uariis titulis (Seneca, Sapiens, Philosophus, Dicitur *etc.*) 69 uersus ex *Σ*, 75 ex *Π* haustos inseruit; multi uersus saepius citantur. Lectiones 75 uersuum ex *Π* haustorum adscripsi omnes.*)

κ codex lat. Monac. 7977 (Kaisersheim 77) membr. 4°. saec. XIII. fol. 147—161 'Prouerbia philosophorum' continet, quibus inde a folio 153, 3 uersus 87 hausti ex *Σ* et 49 ex *Π* inserti sunt. Versuum 49 lectiones notaui.

σ codex lat. Monac. 17210 membr. saec. XIII. (cf. *ψ*) continet fol. 63, 4 — 70, 4 'Sententias Senecae', cui collectioni

*) Excerpta ex *α* (Albertano) inuenias in codice lat. monac. 19653 fol. 41.

inde a folio 67, 3 inserti sunt 20 uersus ex Σ et 51 ex Π hausti. Versuum 51 lectiones adscripsi.

par. (Woelfflin π). codex Paris. lat. 8027 membr. saec. XIV. continet Senecae librum prouerbiorum (Σ), cuius in fine additi sunt uersus Q 42 et decem ordinis V.

De collectione Ψ disputaui in 'Sammlungen' p. 1. 4. 5. 13—31.

Z Collectio quam uocaui Turicensem

continet 133 uersus secundum primam literam ordinatos (at series uersuum differt ab Π et Σ), quorum 50 hac sola collectione traditi sunt, et admixtas tres sententias Christianas (post M 69. R 16. V 28 in *T*) et uersum Terentianum (Andr. 940 post D 27 in *M*).

Singulare est quod huic collectioni accidit. Plurimorum enim uersuum uerba ita mutata uel interpolata sunt, ut saepe poetae uerba uix possint agnosci; e. gr. B 29 'Bene perdit nummos iudici cum dat nocens' ita mutatus est: 'Bene pendet sumptum qui dispersit in iudicio nocens'. Itaque nonnulli uersus huic collectioni proprii uix poterunt restitui.

Primus Caspar Orelli ordines C...V ex *T* edidit, quem Ribbeck et Woelfflinus in appendice secuti sunt; (aliquot uersus emendauit M. Haupt, Philolog. I p. 664). Codice *M* reperto totam collectionem ipse edidi (Sitzungsber. d. Akad. in München 1872, II); secuti sunt Spengel in appendice et Ribbeck Comici ed. II praef. pag. CXXXIII. Iterum de collectione *Z* disputaui in 'Sammlungen' p. 1. 4. 32—35. 51.

M codex lat. monac. 6369, olim Frisingensis, saec. XI. fol. 63 continet sub titulo 'INCIPIVNT SENTENTIAE PHYLOSOPHORVM' ordines A. B. C. D et E 11.

T codex Turicensis (Stadtbibliothek) C 78 (451) saec. X. fol. 157 continet sine titulo ordines C...V, quos typis descripsit C. Orelli 'Phaedri fabulae nouae XXXII'. Turici 1832 p. 48—59. Ipse contuli.

Φ, φ Collectio sub nomine Caecilii Balbi edita.

Huic collectioni ab Woelfflino a. 1855 editae, — quam collectionis graecarum sententiarum uersionem latinam esse ego ('Sammlungen' p. 45) statui, Ios. Scheibmaier (in dissertatione inaugur. monac. 'de sententiis quas dicunt Caecilii Balbi' 1879) probauit —, praeter 17 uersus Publilianos, qui alibi occurrunt, insertos esse nonnullos uersus Publilianos, qui alibi non sunt seruati, certum est; sed quatuor tantum uersus (A 54. G 12. M 72. V 35) Publilianis addere ausus sum.

Ratio huius editionis.

Collectionibus *Π*, (mutila) *Σ*, (*Ψ*), *Z*, *O*, *Φφ* et libro Gellii traditi sunt uersus Publiliani 726, scilicet 160 *Σ*. 326 *Π*. 50 *Z*. 16 *O*. 50 *ΣΠ*. 26 *ΣZ*. 6 *ΣO*. 2 *ΣΦ*. 25 *ΠZ*. 19 *ΠO*. 9 *ΠΦ*. 5 *ZO*. 2 *ZΦ*. 1 *OΦ*. 13 *ΣΠZ*. 1 *ΣΠO*. 2 *ΣZO*. 1 *ΣZΦ*. 5 *ΠZO*. 1 *ΠZΦ*. 2 *ΣΠZO*. 1 *ΣΠOΦ*. 1 *ΣΠZOΦ*. 1 (C 46) a Gellio. 1 (A 52) *O* et ab Hieronymo. His 726 uersibus addidi 4 ex *Φφ* (A 54. G 12. M 72. V 35), tres ex Senecae epistolis (A 55. N 61. Q 74), 1 ex Porphyrione (A 56).

Si ratio habetur, quot uersus singulae collectiones seruauerint, illam collectionem, ex qua superstites fluxerunt cui exemplar ab auctore collectionis Veronensis *O* excerptum proximum fuisse uidetur, plus quam mille uersus iambicos senarios et trochaicos tetrametros continuisse concludas, ita ut fere tertia pars illius collectionis perierit.

Ego ut et illam collectionem adhuc non repertam, quantum fieri posset restituerem et exprimerem quam uerissimam formam collectionum superstitum, in singulis ordinibus praeposui uersus collectionis *Σ* omnes et subiunxi collectionis *Π* eos uersus, qui in *Σ* non sunt, secutus in hac re eum qui collectionem *Ψ* ex collectionibus *Σ* et *Π* commiscuit atque Woelfflinum; addidi collectionis *Z* uersus, qui non sunt in *Σ* aut in *Π*, deinde collectionis *O* uersus, qui non sunt in *Σ* aut in *Π* aut in *Z*; paucos, qui Publilii esse uidebantur, addidi ex collectione *Φφ* ex epistolis Senecae ex Porphyrione.

De editionibus Publilii.

Prima aetate (saec. XV. — *Inc.* — et saec. XVI.) collectio Σ saepissime typis uulgabatur. Primum ei inscriptum erat 'Prouerbia Senecae secundum ordinem alphabeti'; tum Erasmus (Londini a. 1514) ex Gellio nomen Publii Syri et paucos uersus addidit, nomen Senecae et sententias prosaicas abiecit; deinde Henr. Panthaleon (Catonis disticha moralia etc. Basileae a. 1544) sententias prosaicas iterum adiecit. Ipse et Fabricius (in Elegantiis e Plauto ac Terentio collectis) paucos uersus e codicibus emendarunt, paucos ab Erasmo omissos suppleuerunt. Panthaleon, Fabricius, Pithoeus (Epigrammata et poematia uetera a. 1590) sententias pedestres, quas commixtas cum uersibus Publilianis inuenerunt, in formam uersuum redigere et pro Publilianis habere coeperunt.

Codice Frisingensi (F) collectionis Ψ inuento orta est editionum Publilianarum aetas altera. Tomo secundo Mureti orationum .. Ingolstadii a. 1600 edito addidit professor Ingolstadiensis, quem Iacobum Gretserum fuisse mihi persuasum est, Publilii uersus ex codice Frisingensi auctos. Deinde Ianus Gruter a. 1604 edidit 'P. Syri mimi ac L. Annaei Senecae forsan et aliorum sententias singulares'. Quamquam codicem Heidelbergensem (H) collectionis Π, codicem Frisingensem (F) collectionis Ψ, nonnullos codices collectionis Σ ante oculos habuerat, tamen quae ratio inter uarias collectiones intercederet non perspexit, sed quod Gretserus fecerat omnes sententias ordine alphabetico disposuit; tum et ipse plurimas sententias prosaicas in uersuum formam redegit. Qui saeculis XVII., XVIII., XIX. secuti sunt, alii codices collectionis Σ inspexerunt, ut Bentleius, qui paucis uersibus emendatis plerosque uersus collectionis Π (Ψ) proprios damnauit, alii quam plurimos uersus congerere conati sunt, ut Bothe, qui (in Poetis scenicis latinis) 1020, et Curti (Publio Siro. Milano 1872), qui 1359 uersus coaceruauit.

Tertia aetas editionum Publilii incepit ab Ed. Woelfflino, qui et in Philologi uol. 22 (1865) p. 437—468 et in prolegomenis editionis (Teubner. 1869) de uita et nomine

Publilii, de codicibus, de collectionibus, de editionibus uersuum Publilianorum diligentissime et doctissime disputauit. Duas collectiones Σ, cuius codicibus P^a. P^b. *B. R. E. C. Bambergensi* usus est, et Ψ, cuius codicibus *F* et *V* et *par.* usus est, discreuit; collectionem Ψ, cuius imaginem editione expressit, omnes sententias Gellio notas complecti ratus, sententias collectionis *Z* ab Orellio ex codice Turicensi *T* editas, quas Publilio tribuere dubitabat, in appendice adiecit. Praeterea Woelfflinus egregie de Publilio meruit, quod magnam multitudinem uersuum aut fictorum aut alienorum abiecit.

Collectionis Turicensis supplementum cum ex codice monacensi (*M*) *ipse* ederem a. 1872, collectiones $\Psi\,\Sigma\,Z$ ex eadem ampliore excerptas esse statui. At Andreas Spengel a. 1874 abiectis sententiis prosaicis Woelfflinum ita secutus est, ut paucos uersus feliciter emendaret, collectionis *Z* uersus omnes et multos collectionis Ψ quasi fictos infeliciter damnaret. Otto Ribbeck (Comicorum Fragmenta, ed. II) non solum collectiones $\Sigma\,\Psi\,Z$ ex ampliore quadam collectione excerptas esse, sed etiam ex eadem uersus decerptos esse et in $\Phi\,\varphi$, in Librum de moribus, in collectiones sententiarum quas uocant Varronis et Sexti insertos esse iudicauit. Itaque in appendice et in praefatione p. XCIX fere 350 sententias ab ipso uel ab aliis in formam uersuum redactas addidit. Neque tamen Publilio omnes uersus adscripsit, sed sententia eius (p. XCVII) 'uaria acute et prudenter dictorum farrago undique collecta et numeris quantum fieri poterat conclusa est tempore incerto'.

Ego, repertis Monachii codicibus $\psi\,\varkappa\,\sigma\,\alpha$, Veronae *O*, Romae *H* π *Bart.*, libello 'Die Sammlungen der Spruchverse des Publilius Syrus, Teubner 1877' uersus qui collectionibus $\Sigma\,\Pi\,(\Psi)$ *Z O* traditi sunt et paucos collectioni $\Phi\,\varphi$ insertos ex eadem ampliore collectione excerptos et uere Publilio Syro mimo tribuendos esse statui, tum, quae de origine et de codicibus singularum collectionum supra breui compendio comprehendi, copiosius argumentis probaui.

Monachii mense Octobri 1879

Gul. Meyer.

Tabula siglorum.

O collectio Veronensis; codex Capituli Veron. 168 (155) a. 1329, 27 foliorum; adscripsi numeros folii et columnae.

Σ collectio Senecae.

P = *Pa* et *Pb*.

Pa: Paris. 2676 saec. X—XI fol. 127.

Pb: Paris. 7641 saec. X fol. 81^{b}.

R: Rheinaugiensis 95 saec. X pag. 91.

B: Basiliensis A. N. IV. 11 (K. III. 34) saec. X.

A: Vindobonensis 969 saec. X fol. 62.

F et *V*: cf. *infra*.

C: Paris. 8049 saec. XIV fol. 30.

S: Monac. 484 chart. saec. XV fol. 1.

Z: Monac. 23474 saec. XIV fol. 1.

Inc.: editiones ante editionem Erasmi (a. 1514) impressae.

Π collectio Palatina.

H: Palatino-Vatic. 239 saec. X—XI fol. 3.

Ψ collectio Frisingensis.

F: Monac. 6292 saec. XI fol. 143.

V: Vindobon. 299 saec. XII fol. 91.

ψ: Monac. 17210 saec. XIII fol. 70, 4—73, 4.

Bart.: Giunta ad librum Bartholomaei da San Concordio 'Ammaestramenti degli Antichi'.

π: Vatic. Regin. 1896 saec. XIII fol. 122.

α: Albertani Brixiensis libri.

κ: Monac. 7977 saec. XIII fol. 147—161.

σ: Monac. 17210 saec. XIII fol. 63, 4—70, 4.

par.: Paris. 8027 saec. XIV.

Z: collectio Turicensis.

M: Monac. 6369 saec. XI fol. 63.

T: Turic. C 78 saec. X fol. 157.

Φ Caecilii Balbi quae uocatur collectio maior, *φ* minor.

In fine uersuum addidi numeros ab Woelfflino et Ribbeckio (ed. II.) adscriptos.

PUBLILII SYRI MIMI SENTENTIAE.

Σ Alienum est omne quicquid optando euenit.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Animus uereri qui scit, scit tuto ingredi.
Auxilia humilia firma consensus facit.
Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.
Aut amat aut odit mulier, nihil est tertium.
Ad tristem partem strenua est suspicio.
Ames parentem, si aequus est, si aliter, feras.
Aspicere oportet, quidquid possis perdere.
Amici uitia si feras facias tua.
Alienum aes homini ingenuo acerba est seruitus.

Σ (*PRBA*) *habet uersus* 1—34 (*P*ª *et R* 18. 21. 22. 19. 20. 24. 23) *ex* Σ *habet*: *C* 1—23. 25. 27. I 5 (234), 24. 27. 28. 29. 31. 34. 30. 32. 33. N 10 (386). *S* 1—34. *Z* 1—4. 6. 8. 10. 11. 14—16. 18. 20. 22. 23. 25—28. 30. 31. 32. 33. Ψ (*ex* Σ): *F. V* 1—34 (28. 30 *om. V*) 1 *Seneca Epist.* 8, 9 omne *om. VC* (*Senec. cod. Amplon.*) uenit *CZ* (*Senec. codd. deter.*, euenit *m. rec. C*) 2 *Inscriptio in thesauro Gruteri* 928, 9 (*cf. Buecheler in Mus. Rhenan.* 1872 *p.* 137). *Seneca Epist.* 94, 43; *unde exscripsit Lactant. Institut.* I, 16, 10. *O* 23, 1. Φ 1, 29. *H. cf. Lamprid. Alex. Seu.* 51 'quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris'. expecta Φ, speres *H inscriptio* altero *inscr.* non exspectes aliter quo *C*, ab altero exp. quod alteri *S* 3 qui scit uer. *V* qui scit scit: nescit qui sit *Z* ueteri *A* tuto *m.* 2 in *B et* *P*ª: tuta *PRAFVS*, tutus *C Inc.*, uera *Z*, apta *B* aggredi *Inc.* tutus gradi *Spengel* 4 humana *VZ* firmus *V* consessus *P*ᵇ, confessus *P*ª, *B* fac. cons. *Z* 5 *cf.* A 42 animi qui *V* 6 *H* est *om. H* tercium *H*, testium *F*, certum *VS* 7 *P*ᵇ *non omisit* strinua *P*ᵇ, strennua *RVS* est *ed. Senecae* a. 1515: *om. codd.* suspitio *P*ª*F*, susp. debetur *CS Inc.* 8 amas *S* aequust *Ribbeck, Spengel* sin *C*, si *ceteri* (*S*), *om. Inc.* (*recte?*) alter *P*ª 9 abicere *Ribbeck,* despicere *Pithoeus* quicquid *Gruter*: quid *PRAS,* quod *BFV,* quae *Stephanus* possit *R* quod te possit *Spengel*, quod possis deperdere *Erasmus* 10 *M* si *B m.* 1 *C. Inc.*: nisi *ceteri* facias *Ribbeck* (facies *Bothe*): facias necesse est tua *M*, nec. est fac. tua *B*, facis *ceteri* 11 aliena *CS Inc.* aes *PB*: est *A, om. cet.* ingenio *R*, ingenioso *Z* acerua *PR* est *om. Z cf. Menandri monost.* 514 τὰ δάνεια δούλους τοὺς

Absentem laedit, cum ebrio qui litigat.
Amans iratus multa mentitur sibi.
Auarus ipse miseriae causa est suae.
Amans quid cupiat scit, quid sapiat non uidet.
Amans quod suspicatur uigilans somniat.
Ad calamitatem quilibet rumor ualet.
Amor extorqueri non pote, elabi potest.
Ab amante lacrimis redimas iracundiam.
Aperte mala cum est mulier, tum demum est bona.
Auarum facile capias, ubi non sis item.
Amare et sapere uix deo conceditur.
Auarus nisi cum moritur, nihil recte facit.
Aetas cinaedum celat, aetas indicat.
Auarus damno potius quam sapiens dolet.
Auaro quid mali optes nisi: uiuat diu?
Animo dolenti nihil oportet credere.
Aliena nobis, nostra plus aliis placent.

ἐλευθέρους ποιεῖ 12 *H* (ledit P^bRH) hebrio P^a qui cum ebrio *S Inc.* 13 *H* Animus S 14 Amans *Z* c. sua est *C*, sue c. e. *S* 15 *H* scit: sit *Z*, aut *C* capiat *Ribbeck cf. Fulgent. mythol.* II, 1 (p. 66): uita actiua .. plus enim quod habeat cupit, quam quod sapiat quaerit; cf. C 32. A 22 16 *H* uiglans *R* in die uiglans *C* 17 sumor *R* 18 *H* extorquesi *R* non pot. *Z* potest .. potest *codd.* elabi *HC*: sed elabi *PRAFVSZ*, sed labi *B*, sed ali *Buecheler* (extorqueri: *cf. Saluian ad eccles.* 1 § 15 si caritatem menti extorqueamus quam habet) 19 redimis P^b, redimes *FV* 20 tu *F*, tunc *Z* tenum *R* mulier *ante* bona *B*, bona est *S*, bona *om. Z* ap. mala est mul. cum est ualde bona *C* 21 *in* P^a *R*: 21. 22. 19. 20 cupias *FVS* ubi: ut P^b item *Bothe*: idem *codd.* 22 *H* et *om. V* uis *C* deo *H Erasmus*: adeo *ceteri* concenditur *R* 23 *H, in* P^a *post u.* 24 rectum *S* auar. nil r. f. nisi c. mor. *C* 24 aetas *Pithoeus*: aestate P^b P^a *corr. BRA*, aestatem P^a, astute *FVCS*, astus *Woelfflin* cinae dum *A*, cinedum *B*, cenae (cyn. *m.* 1. *corr.*) dum P^a, crines dum *FVCS* caelat P^bA caelantur aetas indicatur *FV CS Inc.* (*Bambergensis*) astute dum celatur aetas se indicat *Erasmus* *Post* 24 *habet B* Arcum intensio frangit. animum remissio. Amicos secundae res optime parant. aduersae certissime probant. 25 Amans *Z* pot. quam: ignominia *Gruter*, ineptiis *Buecheler* potiens *S* 26 *MH* quod *F* optas *S* nisi *cod. Caianus Bentlei*: ut *H* (*recte*?), nisi ut *ceteri*; optes? ut *Gruter* uiuas *Bentl.* diu uiuat *S* 27 credi *B m.* 2. *S* 28 *Seneca de ira* 3, 31, 1 nulli ad aliena respicienti sua

Amare iuueni fructus est, crimen seni.
Anus cum ludit, morti delicias facit.
Amoris uulnus idem sanat, qui facit.
Ad paenitendum properat, cito qui iudicat.
Aleator quanto in arte est*, tanto est nequior.
Amor otiosae causa est sollicitudinis.
Π Auidum esse oportet neminem, minime senem.
Animo uirum pudicae, non oculo eligunt.
Amantis ius iurandum poenam non habet.
Amans ita ut fax agitando ardescit magis.
Amor ut lacrima oculis oritur, in pectus cadit.
Animo imperabit sapiens, stultus seruiet.
Amicum an nomen habeas, aperit calamitas.
Amori finem tempus, non animus facit.
Z Audendo uirtus crescit, tardando timor.

---

placent. *Saluian de gubern.* I, 47 *ed. Halm. MH*; *om. V* aliena . . nostra . . placent *Saluian M* (*Seneca*): alienum . . nostrum . . placet *ceteri* aliis: omnibus *M* plus aliis nostrum *C* 29 est *om C* est fr. seni cr. *S* 30 *om. V* delitias *F* fecit *S* 31 *post* 28 *habet B*; *in marg. add. m. ant.* P^a; *in R prior pars in ras. m.* 1. sanat qui *Ribbeck* (san. id. qui *Bentl.*): qui sanat *codd.*, qui facit sanat *Z* 32 *H* (poen. *F*, pen. $P^b AR$) pronocat P^b cito preparat *C* uindicat *C* 33 quanto *CS m.* 1: quantum *ceteri* potior *add. Buecheler Spengel, om. codd., nisi quod habet* dotior *C*, aor (aptior?) *S*, doctior *'mss. fere' Gruter Z*, melior *B m.* 2 tante P^b nequitior *C* 34 otioso *CInc.* cura *Gothofredus* est *CInc. B m.* 2: *om. ceteri* sollicitudis P^b, solliciti timoris *C*

Π (*H*) *habet* 6. 35. 36. 12. 13. x (Ter.). 15. 16. 37—41. 18. 22. 23. 26. 32. 28. 2. 42 *Ψ* (*FV*) ex *Π*: 35—42. *in S* (*alia manu add.*) 38. 37. 42. 40 35 neminem minime *Gruter*: ne minime *H*, neminem nisi *FV* 36 *Φ* 17, 3 pudice *H*, pudica *Φ* eligit *Φ* *post* 36 *habent HFV uersum* Terentii *Andr.* 555 Amantium ira (irae *Ter.*) amoris integratio (in te gratia *H*) est 38 *κ* ita ut *H*: sicut *FVκS* mag. ard. *FVκS* 39 *ακ* oculis *H*: ab oculis *FVακ*, ab oculo *Woelfflin* oritur *om. κ* am. hominis uelut l. ab oc. or. *α* ortus oculis *Nauck*, amoris lacr. ab oculis in p. c. *Spengel* 40 *M* amori *V* seruiens *H* an. semper imperat sap., st. uero deserit *M* 41 *ακ* cal. ap. *α* 42 *M* amoris *M* animi *S*

Z (*M*) *habet uersus* 10. 42. 40. 43—48. 26. 49. 28. 50. 51 43 *Φ* 8, 3 aud. endo, i *erasa*, *Φ*, audiendo *M* uirtutus (uirtutes *corr.*) *M* tard.:

Auxilium profligatis contumelia est.
† Affatim inqua fortuna longe non habet interitum.
Auaro acerba poena natura est sua.
Auaro non est uita, sed mors longior.
† Alienam qui suscipit causam semet criminat esse rerum.
Assidua ei sunt tormenta, qui se ipsum timet.
Animo imperato, ne tibi animus imperet.
Animo uentrique imperare debet, qui frugi esse uult.
O Aegre reprendas, quod sinas consuescere.
Amico firmo nihil emi melius potest.

Publilii esse uidentur

φ Amicis ita prodesto, ne noceas tibi.
Auarus animus nullo satiatur lucro.
Amici mores noueris, non oderis.

Σ Bis fiet gratum, quod opus est, si ultro offeras.

---

socordia *M* 44 aux. pr. qui nititur dare contumeliam uidetur ingerere *M*, *corr. Buecheler et Spengel* 45 aff. aequa si fort. *Meyer*, aff. si cui f. *Christ*, aff. si quoi fortunast *Ribbeck* int n. h. *Meyer* 46 au. crudelis poena. sua profecto natura *M*, *corr. Meyer* 47 auaro *Meyer*: auarus *M* non est uita *Buecheler*: non uita uiuet *M* sed morte longior torpescit *M*, *corr. Meyer* 48 alienam qui orat causam, se culpat reum *Meiser* 49 se *Meyer*: semet *M* 50 imperato ne *Meyer*: imperante *M*, ni imperabis *Ribbeck* an. imp. potius tibi *M* (*Ribbeck*), potius *del. Meyer*, tibi an. imp. *Spengel* 51 uentrique *del. Spengel* uult *Meyer*: dbet *M*

O habet uersus 2. 52. 53 52 *O fol.* 10 *col.* 4 *Hieronymus Epist. ad Laetam* 107 'Legi quondam in scholis puer: aegre' *etc.* egre reprehendas *O* 53 *O* 25, 3 nil *O* 54 φ 46 amico *et* tibi noceas φ, prod. amicis ita, ne n. t. *Ribbeck app.* 283 55 Seneca *epist.* 94, 43; *cf. Testimonia de Publilio* 56 Porphyrion *ad Horatii Sat.* I, 3, 32 praecipitur per prouerbium: a. m. n. n. od.

Σ (*PBRA*) *habet uersus* 1—35; (10—13 *om. B*) *ex* Σ *habet*: *C* 1. 7. 9. 21. 23. 4. 6. 10. 11. 14. 18—20. 27. 26. 30. 31. 33. 34. 3. 5. 8. 35. 22. 16. 24. 18. 29. 13; *S* 1. 7. 9. 21. 23. 2. 4. 6. 10. 11. 14. 18—20. 34. 27. 33. 3. 5. 8. 12. 15. 35. 22. 24. 26. 25. 30. 32. 31. 16. 13; *Z* 5. 12. 17. 1—3. 7. 9. 10. 11. 14. 15. 4. 19. 21—24. 27. 29. 33. 31. 35 Ψ (*ex* Σ): *FV* 1—3. 5—25. 27—29. 26. 30—35 1 *M* fiet *Meyer*: fit *M*, est $P^{a}BASZ$, et $P^{b}R$ gratum est *C Bentl. e codd.* quo dato op. *Bentl.* ultro si (ϰ) *Erasmus* ultra *S* offeras: sit datum *FV*

Bonarum rerum consuetudo pessima est.
Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.
Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.
Beneficium accipere libertatem est uendere.
Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.
Bis emori est alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit, qui scit reddere.
Bis peccas, cum peccanti obsequium commodas.
Bonus animus laesus grauius multo irascitur.
Bona mors est homini, uitae quae extinguit mala.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Blanditia, non imperio fit dulcis Venus.
Bonus animus numquam erranti obsequium commodat.
Beneficium qui dedisse se dicit petit.
Beniuoli coniunctio animi maxima est cognatio.
Beneficium saepe dare docere est reddere.
Bonitatis uerba imitari maior malitia est.
Bona opinio hominum tutior pecunia est.

---

